

nomine, ex causis infrascriptis, debitores / et legitime obligati, Nam, cum Nobili viro Heinricho de ffrouwemberg^a, fideli nostro dilecto, propter, / grata sua seruicia presencia et futura, ad que, facienda, jdem, se nobis et Imperio, obligauit / Centum, et Quinquaginta Marcas argenti, cumque ex eadem causa, Strenuo viro Gerwico dicto, / Gussen, de Gusseberg^b, fideli nostro dilecto, Quinquaginta Marcas Argenti, pro vno Dextrario comparan-/do^a, promiserimus nos duros, Nos, dictis Heinricho et Gerwico, prefatum Abbatem, principem nostrum, / dilectum, pro summa pecunie supradicte, ad Ducentas Marcas, ascendente, delegauimus debitorem, / et constituimus solutorem, accedente, eorundem, hinc et inde, vnanimi voluntate, Sic, igitur, / ex hac causa, in Ducentis Marcis, tenemur Abbati, et suo Monasterio / memoratis, Preterea cum idem, / Abbas, nobis, duos dextrarios, et quedam Arma, pro, Centum Marcis, Argenti, vendiderit / Trecente Marce Argenti, in summa resultant, in quibus, dicto abbati, et suo Monasterio, nostro, / et Imperij, nomine, dinoscimur, obligati, pro qua, quidem pecunia, eidem abbati, et suo Monasterio, Judicium et jus aduocaticium antiquum^b, nobis et Imperio, quo, ad ipsum Monasterium, et Ciuitatem / sancti Galli, necnon, quo, ad opida, in wangen^c, et Altsteten^d, homines, Res, Bona, et possessiones, / ipsius Monasterij, in quolibet suo territorio et districtu, pertinens, cum Redditibus, et obuencionibus vniuersis, ad idem iudicium, et jus aduocaticium, abolim^e spectantibus, et annexis eisdem, pignori obligauimus, prouentibus, eorundem, quos, dicto abbati, et suo Monasterio, donamus, in sortem minime computandis, tamdiu tenendum, et titulo pignoris, pacifice possidendum, quousque, / dicte Trecente Marce Argenti, dicto abbati, vel suis successoribus, et ipsi Monasterio, plenarie fuerint persolute, verumtamen, quia, quosdam certos redditus, dicti Iudicij, et juris aduocaticij / Strenuo viro walthero, villico de Altsteten, pro quadam summa pecunie dicimur obligasse, / promissimus nos facturos, quod, dictus waltherus villicus, renunciabit et cedet obligacioni / huiusmodi, sibi facte, quod, si non fecerimus, et ipsum abbatem, data pecunia, cessionem huiusmodi /